



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Sed quid si me narrante de aliquo publicè infamato auditores alium  
intelligent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**

cum sit inculpabilis causa infamiae, ideoque & damni inde secuti, nemo autem extra contractum, aut quasi contractum seu officium tenetur resarcire damnum, quod sine sua culpa voluntariâ alteri sequitur.

*Sed quid si me narrante de aliquo publice infamato auditores alium intelligent.*

Resp. Si periculum fuit, ne auditores alium intelligerent, teneris ex Justitia etiam cum pari damno ad restitutionem: tunc etim meritò censuris causa moralis infamiae ex tua narratione secutæ: si non fuit tale periculum, innocentem purgare, si potes, saltem sine gravi incommodo, teneris tum ex charitate, quæ semper exigit, ut grave damnum proximi avertamus quoties sine gravi incommodo possumus: tum ex Justitia, quæ obligat ad curandum, ne ex nostra actione sequatur aliis damnum sine justa causa. *Molina, De Lugo,* &c.

*Q 16. An hæres detractoris tenetur ad restitu-  
tionem famæ à defuncto violata?*

Resp. Neg. quia obligatio non respicit bona ei relicta, sed est merè personalis. At tenetur ex Justitia resarcire damna realia ex infamia secuta. Nam obligatio resaciendi damni in rebus illati afficit bona infamatoris & cum suo onere transeunt ad hæredem; defuncti personam representantem, qui sicut in bona, ac

*Tom. II.*

X

jura,